



Ruperti Abbatiss Tvitiensis, Summi Disertissimi Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII. prophetas minores, Commentariorum Libri XXXII

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Cap. II. Canite tuba in Syon, ululate in monte sancto meo Conturbentur omnes habitatores terre, quia venit dies domini, quia prope est dies tenebrarum [et] caliginis, dies nubis [et] turbinis, quasi ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

peccata hominum. Et ignis (inquit) deuorat speciosa deserti, id est, loca prius speciosa com-
 burendo, in desertum redegit. Hoc non semel dixisse contentus est, sed secundo repetiuit.
 Nam ante iam dixerat, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia li-
 gna regionis. Postmodum idem tertio dicitur est his uerbis, Populus multus & fortis, simili-
 lis ei non fuit a principio, & post eum non erit usque in annos generationis & generationis. An-
 te faciem eius ignis uorans, & post eum exurens flamma. Quasi hortus uoluptatis terra coram
 eo, & post eum solitudo deserti. Quod enim semel & iterum ac tertio ciuitas illa Hierusalem
 incendio conflagrauit. Primum succendentibus Babylonij, secundo rege Antiocho, sicut
 scriptum est de illo, & irruit super ciuitatem repete, & percussit eam plaga magna, & perdidit
 populum multum ex Israhel, & accepit spolia ciuitatis, & succedit eam igni. Tertio concre-
 mata est instantibus Romanis, quod excidium nimis horribile perspiciens, quarta iam uice
 uehementissime clamat & dicit. **Canite tuba in Syon, ululate in monte sancto meo.**
Conturbentur omnes habitatores terrae, quia uenit dies domini, quia prope est
dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, quasi mare expansum super
montes populus multus & fortis, similis ei non fuit a principio, & post eum non e-
rit usque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis uorans
& post eum exurens flamma. Quasi hortus uoluptatis terra coram eo, & post eum
solitudo deserti, neque est qui effugiat eum. Populus hic multus & fortis, non incon-
 grue populus intelligitur Romanus. De quo enim alio populo rectius, quam de isto dicitur,
 similis ei non fuit a principio: Denique neque populus fuit Babylonius, neque Assyrius, neque po-
 pulus secundi regni Persicus aut Moedicus, neque populus tertij regni Macedo siue Graecus
 similis ei fuit: sicut & Daniel de quarta bestia, quae quartum hoc regnum significabat, asserit his
 uerbis. Et ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens
 magnos, comedens atque cominuens, & reliqua pedibus suis coculcans. Dissimilis autem erat
 caeteris bestiis quas uiderat. Canite ergo (inquit) tuba in Syon, ululate in monte sancto meo
 &c. ut supra. Tribus exclamationibus quae praecesserant, acrior haec quarta multoque uehe-
 mentior est, uidelicet secundum dissimilitudinem quartae bestiae, de qua testatur Daniel, ut iam
 dictum est. Nam terribile quidem est, quod dixerat: expergiscimini & flete, prospicientes Assyrios siue
 Babylonios: & quod dixerat, plange quasi uirgo amicta sacco, intuens Persas & Macedos: &
 quod clamauerat, accingite uos & plangite sacerdotes, fuidens regnum Graecorum, sub quo Iu-
 daeos attriuit Antiochus Epyphanes: sed multo terribilius est, quod nunc ait, Romanorum ad-
 uentum praenuncians, Canite tuba in Syon, ululate in monte sancto meo. Conturbentur om-
 nes habitatores terrae, quia ueniet dies domini, quia prope est dies tenebrae & caliginis, dies nu-
 bis & turbinis. Vnde simul attendendum, quia tria quidem exterminia, quae tria regna fuerunt
 prophetae praedixerunt: quod autem a quarto Romanorum regno factum est excidium, prophetae si-
 mul & euangelium, Exempli gratia. Cum ducerent dominum Iesum ad crucifigendum, & se-
 queretur illum turba multa populi et mulierum, quae plangebant et lamentabantur eum: con-
 uersus ad illas dixit. Filiae Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas, flete et su-
 per filios uestros, quoniae ecce ueniet dies, in quibus dicent. Beatae steriles et uentres quae
 non genuerunt, et ubera quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super
 nos: et collibus, operite nos. Item quibusdam dicentibus de templo, quod lapidibus bo-
 nis et donis esset ornatum, dixit. Haec quae uidetis, ueniet dies, in quibus non relinquetur
 lapis super lapidem, qui non destruetur. Pulchre igitur non ipse propheta ex persona sua
 nunc edicit, sicut edixerat de caeteris malis quae uentura erant sub tribus anterioribus reg-
 nis, expergiscimini et flete, plange quasi uirgo, accingite uos et plangite sacerdotes: sed a-
 lijs committit hoc annunciandum, Christo uidelicet et apostolis eius, dicendo. canite tuba
 in Syon. Stephanus prothomartyr, dum tuba caneret euangelica, super cantu isto siue nun-
 cio accusatus est a dicentibus. Homo iste non cessat loqui uerba aduersus locum sanctum
 et legem. Audiuimus enim eum dicentem, quoniae Iesus Nazarenus hic destrueret locum
 istum, et mutabit traditiones quas tradidit nobis Moses. Ibidem quoque scriptum est. Tunc
 sum miserunt uiros, qui dicerent se audisse eum dicentem uerba blasphemiae in Mosen et
 deum. At ille subsequenti oratione, de uerbo quidem blasphemiae in Mosen et deum si-
 ue legem

Infra. 2.

J. Macha. j.

CAP. II.

Quarta bestia
 impe. Roma,
 Dani. 7.

Luc. 23

Mat. 24
 Marc. 13.

Actu. 6.

COMMENTA RUPER ABBA LIB I

ut legē sese insigniter expurgauit: de uerbo autē hoc, quomodo Iesus Nazarenus hic destruo et locū istū, nullā excusationē protulit, sed hæc tantū dixit. Salomon autē ædificauit illi domū, sed nō excelsus in manufactis habitat. Verū quippe erat destruendum esse locū illū, & hæc euāgelica tuba canere in Syon, magnūq; exinde ululātū ueraciter p̄dicare poterat in illo monte dei sancto. ¶ Quod autē tēpora eiusmodi dicūt dñi, quēadmodū hic, cū dicitur, quia uenit dies dñi, aduersus dormientes & ebrios dictū ualde cōgruit, qualibus supra dicitur expergiscimini ebrii. Qui em̄ dormiunt, nocte dormiūt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt: uidelicet suimet obliui, & immemores dei: atq; ita in peccatis mala securitate circumdati, ut clausis oculis nō uideāt, q̄ de actibus hominū deo cura sit. Nimirū qñ cogūt p̄ aduersitatis p̄cā, malorū actū suorū reminisci, & uidere quid fecerint, tūc illis dies fit: uerūtamen nō simpliciter dies aut dies solis siue splēdoris & claritatis, sed dies (inquit) tenebrarū & caliginis, dies nubis & turbinis, qualis utiq; Iudæis futurus erat dies ille, siue tēpus illud, quo circumdarentur ab hostibus Romanis. Tunc (inquit) cōturbentur oēs habitatores terræ, & hæc utiq; per concessionē dicit, quia sic oportet euenire. Et recte hic illos appellat habitatores terræ qui Christū occiderūt, quasi propter habitationē terræ, sicut dixerat ipse p̄ Psalmistā. Et in iracūdia terræ loquētes dolos cogitabant, uidelicet cū dicerēt, Si dimittimus eū, sic oēs credent in eū, & uenient Romani, & tollent nostrū & locū & gentē. Et illud quidē tēpus (sicut iam dictū est) dies dñi dicitur, uerūtamen nōdū magnus, qđ tantū de ultimo die iudicij solet dici: quēadmodū et hic propheta postmodū, ante q̄ (inquit) ueniat dies domini magnus et horribilis. Tenebras et caliginē, nubē et turbīnē illius diei, cuius cūctis uocibus magnitudo granditer declamatur, uenturæ calamitatis magnæ rei cōparat dicendo, quasi mare expansum super montes. Quid em̄ maius siue formidabilius in hoc mundo ante finē eius euenire potest, q̄ si expandatur mare super montes, sicut in diluuiō factū est? Est ergo sensus. Sicut in diluuiō non magis montes sese fluctibus eximere potuerūt q̄ ualles, ita in illa Romanæ multitudinis uel fortitudinis inundatione, non magis superbi principes sacerdotū sibimet consulere quierunt, q̄ exigui quiq; siue populares. Et uide q̄ congrua cōparatio uel similitudo sit. Sequitur enim. Populus multus et fortis, similis ei non fuit a principio et post eū nō erit usq; in annos generationis et generationis. Cōgrua nāq; similitudo est maris et populi Romani tā multi et tā fortis, q̄ uniuersas fere orbis terræ nationes multitudinē operuit, fortitudine conuulsit, more fluctuū iens et rediens, et cōtra montes uniuersos intus mescens, eosq; operiēs, id est, cūctos reges uel regna gentiū suis uiribus opprimēs. Huic em̄ mirū populo similis nō fuit ab initio, et post eū nō erit usq; in annos generatiōis et generatiōis, Daniele q̄q; (ut supra dictū est) attestāte de bestia quarta, qua Romanū figurabat imperiū, q̄ dissimilis erat cæteris bestiis, uidelicet leonæ, urso, et pardo, quibus regna p̄cedentia significabātur. Ante faciē eius (inquit) ignis uorans, et post eū exures flāma. Hoc (ut dicitur) ita factū esse legētib; excidiū illud Hierosolymorū, Iosepho narrante, luce clariū ē. Nā et ante q̄ ciuitatē Romanus circūdaret exercitus, ipsi q̄ quasi pro defensione fuerant introducti, triplici discordia debacchātes intus, et ædificia ciuitatis, et plurimos sumptus, qui diuturno poterant sufficere bello, multis consumpserunt incēdijs: et post q̄ hostes ingressi sunt uictores, uicti usq; ad cōsummatū exitū rebelles, donec et tēplū et quicqđ supererat intramœnia miseræ ciuitatis cōcremaretur, furore incredibili p̄stiterūt: miserantibus & precere uolētibus aduersarijs. Qualis añ aduētū populi tā fortis regionis faciēs extiterit, et q̄ illis p̄ aduētū eius effecta sit, breuiter exprimit, cū subiungit. Quasi ortus uoluptatis terra coram eo, & post eū solitudo deserti, neq; est qui effugiat eū. Et est sensus. Cum ueniret exercitus hostilis, talis erat regio corā illo, siue illa terra promissionis, quasi hortus uoluptatis: uidelicet uinetis, palmetis, atq; oliuetis, cæterisq; cōsita arboribus diuersi generis, & p̄terea tēplo augustissimo insignita, quo nihil pulchrius aut gloriosius in mūdo esse potuit. Cum autē uictor discederet, id ē, exercitus, talis post eū remansit, ut solitudo deserti, scđm uerba domini flētis sup Hierusalē et dicētis. Quia si cognouisses et tu. Et quidem in hac die, quæ ad pacē tibi: Nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis. Quia ueniēt dies in te, et circumdabunt te, et coangustabunt te undiq; et ad terram prosternēt te, et filios qui in te sunt, et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognouisti tempus uisitationis tuæ. Et filios tuos ait p̄p̄

Dies domini
contra dor
mientes.

j. Thef. 7

Psal. 34.
loh. 11.

Ps. Ro. sicut
mare expans
sum super
montes.

Luc. 9.

(ait) prosterne qui in te sunt, uidelicet ita, ut nō sit qui effugiat, quemadmodū hic cū dixisset, & post eū solitudo deserti, subiunxit, neq; est qui effugiat eū. Nullus quippe ex tanta multitudine, quæ dinumerari non poterat, effugisse legitur, quin fame & gladio perirent foris & intus, & qui reliqui esse potuerunt, in captiuitate ducerentur. Adhuc de fortitudine populi tā multi grandissimo eius amore loquitur. **Quasi aspectus equorum aspectus eorum, & quasi equites sic current.** Sicut sonitus quadrigarum super capite montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis preparatus ad prelium. **A facie eius cruciabantur populi, omnes vultus redigentur in ollam.** Sicut fortes current, & quasi viri bellatores ascendent murum. **Uir in vijs suis gradietur, & non declinabunt a semitis suis.** Unusquisq; fratrem suum non coarabit, singuli in calle suo ambulabunt. **Sed & per fenestras cadent, & non demolientur.** Urbem ingredientur, in muro corruent, domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur. **Fortitudinē atq; uelocitatē tā multi populi, breuitibus & celeriter currentibus declamauit sententijs.** Ergo senes & habitatores terræ, quibus in exordio dixerat, audite hæc & auribus percipite omnes: quāuis erucā, locustam, bruchū & rubiginē nominauerit, ne sublannetis quasi ad uiles & paruas res orator iste inepte uos attentos fecerat, quia nimirū erucæ istæ siue locustæ, bruchus hic siue rubigo ista, uobis nō parue res aut uermiculi sunt uiles, quāmlibet apud cœlestē fortitudinem regnorū omnium uani homines propter suam uanitatē sint cōtemptibiles. Vobis em̄ homines, de quibus agitur, imō contra uos uiri fortes, uiri ueloces sunt. Nominauit quidē locustas & cætera huiusmodi, sed nihilominus fortes atq; ueloces sunt. Hoc est quod ait. **Quasi aspectus equorum aspectus eorū, & quasi equites sic current.** Nam in equis & in equitibus fortitudo simul & uelocitas usu requiruntur. **Et hic quidē cū dicitur, quasi aspectus equorum aspectus eorū, dictiuncula quasi, similitudinē significat:** hic autem, & quasi equites sic currunt, ueritatem siue rei proprietatē. Non em̄ quasi uel sicut semper tantūmodo significat similitudinē, sed interdum quoq; rei ueritatem, exempli gratia. Et uidimus gloriam eius gloriam quasi unigeniti à patre, id est uere unigeniti ò patre. Item in Psalmo. In conuertendo dominus captiuitatem Syon, facti sumus sicut consolati, id est, uere cōsolati. Itaq; & quasi equites sic current, id est, nō sicut erucæ aut locustæ uulgares, segnes erunt, aut breuiter salient: sed uiri bellatores erunt, & equis currentibus ibunt. Quod autem equis similes pronunciantur, dicendo, quasi aspectus equorū, superbiam atq; fortitudinem simulq; præliandi audacitatem illos habere innuit, secundū gestus eiusmodi animalis, naturaliter ferocis & superbi, dicente domino ad beatū Iob. Gloria narium eius terror. Terram ungula fodit, exultat audacter. In occursum pergit armatus, contemnit pauorē, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit pharetra, uibrabit hasta & clypeus feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem. Vbi audierat buccinam, dicit. **Wa.** Procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & ululatum exercitus. Hæc dicta sit de quolibet equo domini, de qualibus scriptum est. Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio, sed mystice intelliguntur, ut nihilominus de equo quadrupede secundū litteram congrue uel ueraciter enunciari non dubitentur. Quod si de quolibet sancto & forti prædicatore, cuius sessor est dominus, & iccirco pericula mundi non timet, spiritualiter ista recte intelliguntur, cur non etiam superbia, regnorum supra dictorum, maximeq; Romana potentia carnaliter similis esse dicatur. **Itaq; quasi aspectus equorum aspectus eorum, quia quemadmodū dicit idem dominus. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? solis ipse regnis iam dictis, & maxime Romano imperio, præbere potuit fortitudinem, & collo eius circumdare hinnitum, ut præ sola superbia uel cupiditate, quasi hinniendo consurgeret aduersus omne regnum, donec sibi faceret esse subditum, ut gloria narium eius esset terror, id est, gloriaretur quotiens terrifici belli sibi daretur occasio, ut terram ungula foderet, regum orbis terrarum nimis cupide conquirendo thesauros, ut exultans audacter armatis in occursum pergeret, ut contemneret pauorem, & gladio non cederet. Quod deinde sequitur, sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, certam designat illorum gloriam triumphalem, quod sine dubio uictoriam perficiat, & cum quadrigis uictoricibus**

Aduerbia siq;
militudinis.
Iohan. 1.

Psal. 25

Quales sunt
equi domini.

Iob. 39

alsi Vasi.
Abacuc. 3.

Ro. im. equus
fortis.
Iob. 39

more suo ducant triumphum pompam nobilem, & quodammodo superbiam siue temeritatem subsannat Iudaicam, dicendo: super capita montium exilient, quod deo sibi met irato auri sunt contra semetipsos prouocare ad bellum uictores omnium gentium, quasi ipsi montes intransemabiles essent. Deinde quod ait, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam, igni proculdubio consummandam esse declamat eandem uictoriam. Vltima declamatiois clausula qualitatem pulchre eximit erucæ siue locustarum dicendo, uelut populus fortis pparatus ad prelium, inculcans & replicans, quia non realiter locustarum existimanda sunt, sed sub nomine illo multitudo hominum.

¶ Et uide in ipsa superficie sermonis prophetici quantum eloquentiæ decor sit. Quingenti etiam similitudines positæ sunt, & semper sequens precedente uehemētius sonat, & plus terroris exhibet quasi aspectus equorum aspectus eorum. Hoc iam terribile est: sed amplius id quod sequitur, & quasi equites sic currēt. Plus enim equitum constat esse quam equum. Quod deinde sequitur multo plus est, sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient. Itaque deinde amplius ac terribilius, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipulam: Ac deinde quod sequitur, manifestius atque abundantius est, uelut populus fortis pparatus ad prelium. Ita quasi ascendendo atque crescendo in maius per singulos gradus, uis perficit atque acrimonia grandisona plusquam rhetorice declamationis: & post excursum, quasi resumptio spiritus, breuiori processu prosequitur & dicit. A facie eius cruciabitur populi, omnes uultus redigentur in ollam. ¶ Quod quomodo uel quomodo uere factum sit, legentibus palam est ex iam dicti narratione historiographi. Dicit namque obsidione cruciati, fame inuicredibili denigrati & tumefacti, uultus redacti sunt in ollam, qui prius uiuidi & pulchri fuerant. Hæc & cætera quæ sequuntur intellectui plana sunt, quia uidelicet Romani, sicut uiri fortes cucurrerunt, & sicut uiri bellatores ascenderunt murum, & in uiribus suis gradientes, id est ab incepto non deficientes, a semitis suis non inclamauerunt: neque enim propter difficultatem aliquam uictoriæ spem deposuerunt, & unusquisque fratrem suum non coartabit, quod facere solent fugientes, erumpendo qua possunt, inordinati atque confusi: sed in suo calle ambulabant singuli, quod maxime in illo populo laudabile fuit, tenendo uidelicet ordines suos, semperque procedendo cum disciplina militari. ¶ Hoc tantum paruula quaestione indiget, quod deinceps ait, per fenestras cadent, & non demolientur: & deinde subiungit, per fenestras intrabit quasi fur. Quomodo enim equitibus siue quadrigis Romani imperii congruit, ut per fenestras cadere, per fenestras intrare, in modum furis dicantur? Tam forti quippe imperio similitudo furis uel ascensus per fenestras incongrue ascribi uidetur. Sed sciendum, Romanum imperium sicut fortitudinis laudem, sic e contra profunde auaritiæ meruisse uituperationem, & hoc uitium in illo denotari, dum dicitur, per fenestras ascendentes siue intrabant quasi fur. Et reuera de fenestris eiusmodi in illo excidio non omnino tacetur, Iosepho inter cætera narrante ac dicente. Hic itaque tunc militum quidem non expecto cuiusquam edicti, neque tantum facinus ueritus, sed diuino quodam motu impetu, a contubernali suo sustollitur, & ex ardentemateria raptum ignem in fenestram infert auream, unde ad mœnia circum templum ædificata de septentrionali regione aditus erat, & post pauca: Plerosque autem prædaru[m] spes incitabat, suspicantes intus omnia pecunijs esse referta, quonia[m] fores auro factas conspicerent. Propter huiusmodi causam illos non merito sic denotatos dubitauerim, ut per fenestras ascendere dicantur in modum furis. ¶ Sed & ut de isto, si parum uidetur, taceam: quam furis nequitiam uel cupiditatem non excedit illud quod idem scribit. Quidam enim (inquit) apud Syros ex transfugis deprehenditur è fimo uentris aureos colligens: transglutientes autem eum ueniebant, quia cunctos seditiosi scrutabatur, & maxima uis auri erat in ciuitate. Verum hac arte per unum detecta, totis castris fama percrebuit, quod auro transfugæ pleni uenirent. Arabum ergo multitudo & Syri scissos uentres supplicium rimabantur. Et hac ego (inquit) de nullam credo sanuorem contigisse Iudæis. Vna denique nocte duorum milium patefacta sunt uiscera. Hæc nimirum considerando, non inepte quisquam dicat, hostes illos pro fortitudine quidem uiros bellatores: sed pro cupiditate nimia crudelissimis furibus fuisse comparabiles. Sequitur. A facie eius contremuit terra, moti sunt coeli, sol & luna obtenebrati sunt, & stelle retraxerunt splendorem suum. Et dominus dedit uocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia uerbu[m]

Eloquentiæ
prophetice
decor.

Vultus redacti
in ollam
nisi
fame.

Quæstio

Responsio

Verba Iosephi.

Scissi uentres
& aurum in
de quaestum

verbum eius. Magnus enim dies domini et terribilis valde, et quis sustinebit eum? A facie (inquit) eius. Cuius eius? Nimirum populi multi & fortis, populi Romani, cui similis à principio non fuit. A facie talis populi, id est, in signum venturi, & hæc omnia que dicta sunt facturi, terra contremuit, & tremore suo magnam iram Iudæis venturam significavit: videlicet quando scelere illog: pendens in cruce dominus, spiritum tradidit. Nec uero solummodo terra tremuit, sed & coeli (inquit) moti sunt, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Tunc enim à sexta hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam, & sicut iam dictum est, ubi clamans uoce magna emisit spiritum, terra mota est & petræ scissæ sunt. Hoc factum est à facie, id est, in signum eiusdem populi venturi ad ulciscendum sanguinem domini, sicut tunc quoque ibidem ipse dixit. Filia Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete & super filios uestros, quoniam ecce uenit dies, in quibus dicent. Beatæ steriles & uentres quæ non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Unde notandum, quod cum dixisset hic, terra contremuit, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum: continuo per coniunctionem celerrimam, & dominus (inquit) dedit uocem suam ante faciem exercitus sui. Per hoc namque animaduertere licet, quod cum illo terræ motu & tenebris illis dominus noster, dum tradens spiritum, uoce magna clamauit hæc significauit, quod iustitia eius illum exercitum suum, exercitum Romani imperij uocaret ad uindictam sanguinis sui, & quod sanguis eius de terra non ante clamare desineret, donec idem exercitus adueniret. Et uide quod magis uel dici conueniat de hodie crucifixio, & quasi derelicto atque dicente. Deus meus ut quid dereliquisti me, quod haberet exercitum, cuius ante faciem talem uocem suam daret. Quod si miraris, quod dicatur de paupere illo tale quid subiunxit amplius & copiosius uerbis huic iulcemodi, quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & facientia uerbum eius. Nam uere in illa quoque hora, qua sic uidebatur derelictus, multa nimis erant & fortia castra eius: non solum castra angelorum, de quibus ait Petro, Conuerte gladium tuum in locum suum, an putas quod non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum. Verum etiam castra Romanorum quæ uenirent & facerent uerbum eius, circumdando ciuitatem, uallo circumdando illam, & coangustando undique, & prosternendo illam ad terram, & filios eius qui erant in ea, & non relinquendo lapidem super lapidem secundum uerbum eius. Non mireris quia maius his uidebis. Magnus enim (inquit) dies domini & terribilis ualde, & quis sustinebit eum? Nimirum & hoc ibidem ipse testatus est. Dixit enim. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis, & uenientem in nubibus caeli, subauditur, cum potestate magna & maiestate, quemadmodum alibi dixit. Nam uirtutes (inquit) caelorum mouebuntur, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. Itaque non mirum, quod dictum est, quia multa sunt nimis castra eius quia fortia & facientia uerbum eius, non (inquam) mirum comparatione maiorum. Magnus enim dies domini & terribilis ualde, & quis sustinebit eum? Quod idem est ac si dicat. Ipse enim constitutus est à deo iudex uiuorum et mortuorum, et magnus erit ille dies eiusdem domini, quando ad iudicandum uiuos et mortuos ueniet cum nubibus caeli. His clamoribus præmissis de malis imminuentibus, quæ propter peccata fieri oportebat sub illis quatuor principalibus regnis, conuertitur ad reliquos, et dicit. Nunc ergo dicit dominus, conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio et fletu et planctu, et scindite corda uestra, et non uestimenta uestra: et conuertimini ad dominum deum uestrum, quia benignus et misericors est, patiens et multus misericordia, et prestabilis super malitia. Quis scit si conuertatur et ignoscat, et relinquat post se benedictionem? Sacrificium et libamen domino deo nostro. Ergo (inquit) quoniam perit uinum ab ore bibentium in dulcedine, quoniam perijt sacrificium et libatio de domo domini, quoniam interijt de domo dei nostri sacrificium et libatio, quoniam itidem ascendit populus multus et fortis, cui similis à principio non fuit: atque ita secundum uerbum domini, quod locutus est per os nostrum, conuertuerunt uos regna, Babylonicum, Persicum, siue Moedicum, Macedonicum atque Romanum: nunc uos, quod hæc uidetis fieri, conuertimini, non dubitantes de illo die iudicii, siue die domini magno et horribili, quoniam futurus sit secundum testamentum eiusdem prophetice ueritatis, cuius pars magna impletur sub illis regnis uidentibus

Mat. 27.

Luc. 23.

Castra Christi
moriens magna
& fortia.
Mat. 26

Ibid. 25

Actu. 10

Vera ad deū
conuersio.

oculis uestris. Conuertimini (inquā) ad me dicit dominus in toto corde uestro, in ieiunio & fletu & planctu. Nā hæc est uera cōuersio, primū cor per pœnitentiā mutare interius, cœterū ieiunare, flere & plāgere, & hoc habitu foris incidere, corde interius pristinā peccādi intētionē retinēte, nō ē ueraciter cōuerti ad me. Prius itaq; in toto corde uestro cōuertimini ad me, & tūc demū animi pœnitentiā, ieiunio & fletu, & plāctibus indicate, ut nūc ieiunāte

Matth. 26
Act. 14.

postea satur emini, nūc flentes, postea rideatis, nūc plangētes, postea cōsolemini. Et quia cōsuetudinis est, ut in tristibus atq; aduersis scindatis uestes, qđ & pontifex ad dñi saluatoris cri-
men augendum in euangelio fecisse memoratur, & Paulū & Barnabam audientes uerba blasphemiæ, legimus perpetrasse, iccirco ego p̄cipio uobis, ut nequaquā scindatis uestimēta, sed corda, quæ plena sunt peccatorū, quæ instar utriū, nisi scissa fuerint, sponte rumpuntur. Cum hoc feceritis, redite ad dominum deum uestrū, quē uobis priora peccata alienū fecerant, nec desperetis ueniā scelez magnitudine, quia magna peccata, magna delebit miser-
ricordia. Est em̄ benignus & misericors, malens pœnitentiā peccatorū q̄ mortē. Patiens & multus misericordia, qui non humanā imitetur impatientiā, sed longo tēpore nostrā pœnitentiā præstoletur, & præstabilis siue pœnitens super malitijs, ut si nos egerimus super peccatis pœnitentiā, & ipsum pœniteat cōminationis suæ, & mala, quæ cōminatus est nobis, nō inferat, nostræ q̄ mutatione sententiæ & ipse mutetur. ¶ Et notandum qđ diligēter in ipsa pœnitentiā cautos esse cupit, & securitatē tollit, cū dicit. Quis scit, si cōuertatur & ignoscat, & relinquat post se benedictionē: Ac si dicat. Ego quidē hortor (qđ meū est) ad pœnitentiā & deū ineffabiliter noui esse clemētē, dicēte Dauid: Miserere mei deus secundū mag. mil. Et s. m. t. d. i. m. sed quia profundū diuitiæ & sapientiæ & scientiæ dei nosse nō possumus sententiam temperet & opto potius qđ præsumo. Tantū interim sacrificiū & libamen deo nostro, subaudis offeratur, sacrificiū contriti cordis, & libamen piæ confessionis ac boni operis, & quod nescimus, uidelicet si conuertatur & ignoscat & relinquat post se benedictionē, in eius arbitrio relinquamus, pendentes in spe miserationis. ¶ Quomō nūc deus cōuertit & post se benedictionē relinquere dicatur uel speretur, illud pro exēplo est, quod ipse in Exodo loquitur. Erit autē sanguis uobis in signū in ædibus, in quibus eritis, & uidebo san-

Sperandū nō
prælumendū
in pœnitentiā.

Psal. 50.
Esa. 40

guinē & transibo uos, nec erit in uobis plaga disperdens, quādo percussero terrā Aegypti. Deniq; uerbis istis sese ad sanguinis signū conuerti, & uidere sanguinē ac transire, atq; benedictionem & uitam post se relinquere, sese proficitur. Secundū hāc similitudinem post passionem domini nostri Iesu Christi, sanguine eius postes suos, id est, frontes suas signantes cuncti, qui pœnitentiā in nomine eius prædicatam susceperunt, spem habent nō uanā, qđ conuertatur deus ad signū istud, & relinquat post se benedictionē, transiens, & Aegyptios, id est, cūctos superbos atq; impœnitētes æterni iudicij sententiā percutiens. Hanc pœnitentiā & remissionē peccatorū p̄dicandā in oēs gētes incipi oportebat ab Hierusalē, sicut & ipse testatus est post qđ resurrexit loquēs aplis suis. Quoniā sicut scriptū est, & sic oportebat Christū pati, & resurgere à mortuis die tertia, & p̄dicari in noie eius pœnitentiā & remissionē peccatorū in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalē. Sequitur ergo. **L**amte tuba in Syon, sanctificate ieiuniū, uocate cœtum, congregate populū, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, & iugentes vbera. **E**gredietur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Hoc totū sic futurū esse prophetat, ut simul hortetur, quatenus intente & studiose fiat, Syon nanq; hæc est Hierusalē, unde oportebat (ut iam dictum est) incipi pœnitentiæ prædicationem, qđ prædicare utiq; tuba canere est, quia rem ualde magnam euangelica prædicatio personat, scilicet iram uenturam, ut eam quisq; pœnitendo effugiat, Petrus apostolus ista primus tuba cecinit in illa Syon, ab istius prophete testimonio, quod postmodū sequitur, incipiens: & post tandem dicens. Pœnitentiā agite, & baptizetur unusquisq; uestrum in remissionem peccatorum, alijs etiam uerbis plurimis testificans & exhortans eos, & dicens. Saluamini à generatione ista praua. Quid nisi tuba canebat, dicendo: Saluamini à generatione ista praua. Venturos quippe Romanos, futurumq; illius prauæ generationis excidium significabat, ut agentes pœnitentiā, non solum remissionem peccatorū & uitam futuram, sed etiā saluationē præsentē sibi acquirerent; ut præsentia quoq; mala mererentur euadere ueniētia sup-

Exo. 12.

generat

Lucæ. 24

generat

Tuba euāgelica in pœnitentiā.

Actu. 2.

generat

generationē illā, quod & factū est. Imminentē nāq; ex excidio, diuinitus admoniti sunt si-
 deles, ut exirent atq; ita saluati sunt à generatione illa, sicut saluatus est Loth ab incendio So-
 domorū, nullusq; cū illis cōclusus uel obfessus est Christianorū. ¶ Notādū q; q; ita canē-
 tibus tuba in Syon, sanctificate (inqt) ieiuniū. Multo nāq; plus est sanctificare q̄ p̄dicare ie-
 iuniū, q̄ uidelicet ieiunare uel ieiuniū p̄dicare, imp̄ q; possunt, q̄ nō remissionē peccato-
 rū, sed tantūmodo malorū p̄sentī ieiunādo quarūt remediū. Tale fuit ieiuniū Achab q̄ oc-
 cidit Naboth, ut uineā eius possideret. Cū em̄ audisset sermōes Heliæ, scidit uestē suā, & o-
 peruit cilicio carnē suā, ieiunauitq; & dormiuit in sacco, & ambulabat demisso capite. Quā-
 ob causam? Nunqd ut peccatoz remissionē acciperet, & salutē aeternā obtineret. Nō utiq;
 sed ne tēporali regno uiuens careret. Ergo ieiunauit quidē, sed nō sanctificauit ieiuniū, atq;
 iccirco nō mercedē recepit sanctoz, sed mercedē suā, mercedē trāstoriā, dicēte dño ad He-
 liā. Nōne uidiſti Achab humiliatū corā me? Quia igitur humiliatus ē mei causa, nō inducā
 malū in diebus eius, sed in diebus filij sui inferā malū domui eius. Igitur sanctificate ieiuniū
 id est, iccirco ut sancti sitis, celebrate ieiuniū, & ad illud uocate cōtū, cōgregate populū, san-
 ctificate ecclesiā, i. sanctificādo p̄ baptisimū nouā Christianitatis cōstituite ecclesiā, atq; in si-
 nu eius pariter & coadunate fenes, & cōgregate paruulas ac fugētes ubi era: ut uidelicet se-
 nū, i. sapientiū maturitas, paruulas qbus adhuc lacte opus est, erudiat & ad solidū usq; cibū
 pducat. Quod deinde subiūgit. Egrediat sp̄sus de cubili suo, & sp̄sa de thalamo suo, idē
 est qd & Ap̄lus dicit: Hoc itaq; dico fratres tēpus breue est. Reliquū est, ut q̄ habēt uxores,
 tanq; nō habētes sint. Itē. Volo uos sine sollicitudine eē. Qui sine uxore ē, cogitat q̄ dñi sunt
 quō placeat deo. Mulier in nupta & uirgo cogitat q̄ dñi sunt, ut sit sancta & corpore & spū
 Nimirū secundū hmōi p̄dicationē euāgelicā siue apostolicā uiuere, hoc ē sponsum de cu-
 bili suo, & sponſam de thalamo suo exire. Sequitur **I**nter uestibulū & altare plorabūt
 sacerdotes ministri dñi, & dicēt. **P**arce domine, parce populo tuo, & ne des hēre-
 ditatē tuā in opprobriū, ut dominētur eis nationes. **Q**uare dicūt in populis, ubi
 est deus eoz? **C**opiosior ad p̄nitentiā & cōuersionē hęc admonitio est post illa grandia
 populi multi & fortis, cui similis à principio nō fuit, bella siue incēdia, quē populū Romanū
 intelligimus, q̄ in cāteris superioribus locis, ubi regna priora Babylonicū, Persicū, atq; Ma-
 cedonicū significari animaduertimus. Et recte, q̄ uidelicet ubi quartū hoc regnū, quarta
 hęc bestia terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis, dētes ferre eos habēs magnos, gentes cæ-
 ras, & maxie ludæos comedit atq; cōminuit, & reliqua pedibus suis cōculcauit, multo ma-
 ior multoq; celebrior p̄nitentiā p̄dicatio siue p̄nitēntialis religio p̄ mūdū uniuersum audir-
 ta & suscepta est. Nō desit eadē bestia, q̄ impios punierat ludæos, p̄sequi & cōterere mar-
 tyres pios: & quāto magis illos afflixit, tāto magis fideles oēs ad orationē & p̄nitentiā fle-
 rū excitauit. Hoc ergo futurū p̄uidēs. Inter uestibulū (inqt) & altare plorabūt sacerdotes mi-
 nistri dei, & dicēt: Parce dñs parce pp̄lo tuo, & ne des hēreditatē tuā in opprobriū, ut do-
 minent eis nationes. Quod dicit, inter uestibulū, qd nos añ fores porticū possumus dicere: et
 altare assiduitatē significat religionis & cōtinētā sacerdotū & leuitaz, ceterorūq; ministro-
 rū dñi, q̄ ut parati sint semp ad ofones & hostias deo iugiter offerēdas, circa tēplū uel ecclias
 deo dicatas in sacris castisq; domibus, hodieq; regulari cū disciplina cōmanēt, quēadmodū
 hic propheta, cū hęc diceret, futurū eē p̄uidebat. Qui eiusmodi sunt, & sui nō obliuiscūtur,
 propositi, q̄ proposuerūt esse sacerdotes uel ministri dñi, plorāt & orāt die ac nocte, crebris
 noctiū uigilijs, dierūq; ieiunijs, pro p̄ctis ppli Chfiani: maxieq; tūc illis hoc egisse nō dubiū
 est, qñ iā dicto Romano Imp. lauiēte, nimis purgebat feruor p̄secutiōis. Parce (inqt) dñe
 parce pp̄lo tuo. In q; In eo uidelicet ut nō des hēreditatē tuā in opprobriū. **Q**uare
 q̄le metuet opprobriū: ut dominēt (ait) eis nationes, i. ut uincāt eos & animis eoz imperēt
 imp̄ gētiles, te deū uiuū & uerū Christūq; filiū tuū blasphemātes. Hoc idē in psalmo me-
 tuētes ipsi dicūt. Adiuua nos de⁹ salutaris nr̄, & propter gloriā nois tui dñe libera nos, & c.
 p. n. p. n. t. Deniq; & q̄ illos sequūtur & dicūt, ne forte dicāt in gētibz ubi est deus eorum
 Hoc ip̄m hic cōquerēdo & p̄cunctādo loquūtur. Quare dicūt in pplis, ubi ē deus eorum?
 Et est sensus. Quare ita propter te mortificamur tota die, & astimamur ut oues occisionis,
 ut uacet hostibus atq; persecutoribus Christianorū insultare & dicere, ubi est deus eorum?
 Intendāt

Gen. 19

Plus ē sancti-
 ficare q̄ p̄di-
 care ieiuniū.
 3. Reg. 21

Sanctificare ec-
 clesiam.

1. Corin. 7.

Danic. 7.

Celebrior p̄-
 nitentiā p̄di-
 catio sub imp.
 Roma. q̄ sub
 alijs.

Assiduitas re-
 ligionis & cō-
 tinētā in mi-
 nistris dñi.

Psalm. 78

Opprobria
gentilium cō
tra nos.

Psal. 74

Zelus domi
nus terrā suā
Leui. 27

Psal. 107

1. Cor. 11

Iniquū iudi
cū de flagel
lis piorum
Iob. 4

Iob. 9
Triplex mo
dus flagellādi

Intendunt digitum suū in solem aut lunam, aut in aliquod simulacrū aureum uel argenteum aut certe lapideum, & dicunt. Ecce dñi nostri isti sunt, deus autem ipsorū ubi est? Nūquam cōparet, neq; em̄ uidere illum aut ostendere possunt, & nulli de illo habentes adiutoriū, toto die inter manus nostras mortificantur & pereunt. Hęc opprobria inter innumera mortuū tormenta sustinentes, & peccatis suis humiles sancti reputantes, Parce (inquit) domine parce populo tuo, subauditur in eo, ut (sicut alibi scriptū est) non relinquant, id est nō nimis diu manere permittas, uirgā peccatorū super sortē iustorū, ut non extendant iustitiam ad iniquitatē manus suas. Huiusmodi gemitus compeditorū, ut uerius aduertamus, pioꝝ passionēs martyruū recolamus: quarū in aliquibus scriptū est, quia latentes in cryptis & in speluncis fideles, corpora sepeliebant, plorātes & multū tristes, & per multos dies nō cessabāt mugitus lachrymarū dantes. His ita cōquerētibus, cōsolatorio protinus oraculo rñdetur. Zelatus est dominus terram suam, & pepercit populo suo. Et respondit dominus & dixit populo suo. Ecce ego mittam uobis frumentū & uinū & oleū, & replebimini in eis, & nō dabo uos ultra in opprobrium in gentibus. Et enī qui ab aquilone est p̄ oculum faciam a uobis, & expellam eū in terrā inuiam & desertā, faciem eius contra mare orientale, & extremū eius ad mare nouissimum. Et ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbe egit. Insuper uirgā dicitur d̄ sacerdotēs & ministri dñi, insipientiū erat dicere in populis, ubi est deus eorū, pro eo q̄ uidebāt uirgā peccatorū admissam super sortē iustorū, & cædi corpora eorū, uisibiliter deo nō apparere ad defendendū, & putare illos nō habere deū, aut certe nō posse adiuuare deū ipsorū. Nō ita est. Sed quē Zelatus est dñs terrā suā, zelo bono, zelo paterno; & sicut pater percutiēs miseret filiorū suorū, & parcit eis, ita percussit & percutiendo pepercit populo suo tanq̄ filijs. ¶ Notandum q̄ cū diceret, Zelatus est dñs terrā, addidit suā. Terrā namq; suā dicit, literaliter quidē terrā Chanaan à semetipso filijs Israhel datā: unde & quodā loco dicit. Terra em̄ mea est, & uos coloni mei estis, spiritualiter autē ecclesiā, quā suo sanguine acquirēdo fecit suam. Sicut terram illam zelatus est dominus super filios Israhel, eo q̄ ingressi contaminassent eā, & tradidit eos in manus gentiū, & tamē pepercit populo suo, dando illos in misericordias in conspectu omnium qui ceperāt eos: sic ecclesiā suā saepe zelatus est, ne sacramēta eius indigni indigne tractarēt, & permisit fieri p̄secutiones, ut electi cribrarētur sicut triticū, discerētur palea, qualis in initio fuit proditor Iudas, oportere iudicās hæreses quoq; esse ut qui probati essent, fierent manifesti; & tñ inter ipsas tribulationes fierent clariores, glorificati uirtutibus & signis. Hanc disciplinā patris ignorātes dicebant in populis. Videntes corpora martyruū discrucari. Vbi est deus eorū? Et illi quidem, qui foris erant, uerum nescientes de eum, dicebant, ubi est deus eorū: qui autē intus esse uidebantur, quasi eundē profitendo deū, dicebāt, ubi est sanctitas uel perfectio uiarum illorū? ¶ Malā huius coniecturæ magnū & euidens est in amicis beati Iob iudicium. Illi namq; nanq; ex eo q̄ percussus erat, male conijcētes, quod corām oculis domini impius extitisset, qui corām hominibus pijs uel iusti opinionem obtinuerat, dicebant. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, et perfectio uiarū tuarum? Recordare obsecro te, quis unquā innocens perijt, aut quando recti delati sunt? Quin potius uidet eos qui operantur iniquitatē, et seminant dolores, et metunt eos, flante deo perisse, et spiritu iræ eius esse consumptos, subauditur, ut tu nunc cōsumptus es. Sic incipientes longa cōcertatione cōtendebat, ut cogere eū sibi cedere ad constituendū sibi, quod de uita illius nullatenus bene æstimandum sit, quemcunq; aduersus opprimi uel flagellis diuinitus cingi contigerit, et quod neminem contingat secundum corpus consumi, nisi pro merito propria iniquitatis. At ille plus aliquid sentiens q̄ quod hic dictū est, zelatus est dñs terrā suam et pepercit populo suo, uidelicet qd̄ neq; ut existimare uolunt qui eiusmodi sunt, semp̄ peccatores aut impij reputādi sint, q̄s deus afflixerit, neq; oēs q̄s deus percuit aut percuti permittit, percuti zelo corripētis ad purgationē, uerū nō nullos ad probationē, ut coronæ illis multiplicetur, dicit inter cætera. Salte nūc intelligite qd̄ deus nō æquo iudicio afflixerit me, et flagellis suis cinxerit me. Nā qd̄ ait, nō æquo iudicio, idē est ac si dicat, non sicut uos putatis pro malitia uel impietatis meæ recōpensatione, Vbi namq; pro impietate sua percuitur impius æquū iudiciū est; ubi autē peccatē filium pater zelat et parcit, iudiciū ad æquitatē nō pertinet, quia m̄

quia misericordia iudicii superexaltat: ubi uero uir simplex & rectus ac timens deū & recedens a malo, percussio nibus probatur ut coronetur, iam nō iudicū æquū, aut iudicū misericordia superexaltatū, sed gratia & gloria est. Quapropter sciendū, ubi erat, q̄ deus nō æquo iudicio afflixerit me, æquū nō poni pro iustitia uel rectitudine, sed pro æqualitate. Deus nā q̄, siue impiū superbientē puniat, siue excedentē filiū corripiat, siue sanctū & perfectū p̄ patientiā probare intendat, semp̄ iustus & rectus est. Sed iā ad cepta prophetiæ uerba reuertamur. Cū dixisset, zelatus est dñs terrā suā & pepercit populo suo: ut ostēderet in q̄ pepercit, subiūxit atq; ait. Et respondit dñs, & dixit pp̄lo suo. Ecce ego mittā uobis frumētū & uinū & oleū, & replebimini in eis, & nō dabo uos ultra opprobriū in gētibus. ¶ Sicut & i car

Carnales & spūales auditores.

teris, ita & in isto q̄q; auditu senes atq; habitatores terræ, q̄ in exordio sunt inuitati ad audiendū, discernuntur & diuerse audiūt. Deniq; habitatores terræ frumentū hic tantūmodo illud intelligūt, quo uenter impletur: & uinū illud, quo carneū cor lætificatur: & oleū illud, q̄ carnea facies exhilarat. Senes autē, cōsiderantes maiestātē eius, q̄ hęc pro magno repromittit, digniora ut illū decet, sentiunt: uidelicet frumentū illud & oleū illud, quo edentes & bibentes, & quo delibuti, oēs æternitatē gloriæ cōsequātur, præsertim, q̄ sic habes postmodū in istoꝝ promissione honoz, & nō confundetur populus meus in æternū. Et istud quidē frumentū corporale, uinūq; & oleū dona dei sunt, & nōnunq̄ timentibus deū pro quā dā consolatione dantur, & data sunt: sed frustra dantur & frustra sumūtur, nisi utentes istis opemur uel quæramus frumentū illud, quod est uerbū dei, scilicet Chr̄s q̄ de semetipso dicit. Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit, ipsum solū manet: si autē mortuum fuerit, multū fructū afferit. Et uinū & oleū illud, quod Samaritanus uulneribus eius, q̄ in latrones incidat, infundit. Quia nimirū de talibus ueraciter dicit maiestas promittentis, & replebimini in eis. Sola nanq; hęc sunt quibus repleri possit usq; ad sufficientiā uacuitas nostræ mortalitatis, Huiusmodi sensu præeunte, sequētia quoq; digne intelliguntur. Et nō dabo uos ultra opprobriū in gentibus, & eū qui ab aquilone est procul faciā a uobis, & expellā eum in terrā inuiam & desertā, faciem eius cōtra mare orientale, & extremū eius ad mare nouissimū. Et ascendet foetor eius, & ascēdet putredo eius, q̄ superbe egit. L. Noli timere terra, exulta & letare, quoniā magnificauit dñs ut faceret. Noli timere anima lū regionis, quia germinauerūt speciosa deserti, quia lignū attulit fructū suum, ficus & uinea dederūt uirtutē suā. Et filij Syon exultate & letamini in domino deo uestro, q̄ dedit uobis doctozē iustitię, & descendere faciet ad uos imbrē matutiniū, & serotiniū in principio, & implebūtur areę frumētō, & redundabūt torcularia uino & oleo, & reddam uobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca, fortitudo mea, quā misi in uos, & comedetis uescētes & saturabimini, & laudabitis nomē domini dei uestri qui fecit uobis mirabilia. Et nō confundetur pp̄lus meus in æternū, & scietis q̄ in medio Israhel ego sum, ego dñs deus uester, & nō est amplius, & non confundetur populus meus in æternū. ¶ Nulli dubiū esse debet doctozē iustitię, quē hic prophetica gratulatio cōmemorat, dicēdo, & letamini in dño deo uestro, q̄ dedit uobis doctozē iustitię Christi dei filiū esse: pro quo nimirū, q̄ datus ē, in dño deo patre eius q̄ illū dedit exultādū & lætādū est. Nūc ergo lf̄æ ordinē repetētes, propheticū, q̄ in illo est, sp̄m, quocūq; nos ducit q̄ ad possumus, sequi desideremus. Propter eos q̄ dicit in pplis, ubi ē deus eoz, propheta, ut corrigat sensum illoꝝ puerum, zelatus ē (inqt) dñs terrā suā, & pepercit pp̄lo suo. i. nō sicut illi arbitrari uolūt, nullus ē aut dereliquit eos deus eoz, sed more patris familias zelo paterno filios suos castigās castigauit, & deinde pepcit nō eos tradēdo morti, imō promissioēs uitæ dādo illis. Nā hoc ē qd sequit, & rñdīt dñs, & dixit populo suo. Nō pmiserat, q̄ dñm cōsulisset pplus suus, & tñ ait: et rñdīt dñs, et in ipsa rñsione repositionē habem⁹ doctozis iustitię, q̄ est Ch̄s, et sp̄s sc̄ti, sicut in sequētib⁹ cōtinet luce clarius. Cū itaq; talē lf̄æ ordinē legimus, zelatus ē dñs terrā suā, et pepercit pp̄lo suo, et respondit dñs, recte subintelligimus, q̄ zelante dño excitatus populus, et paterno uerbere cōmonitus, clamauit ad dñm: et tūc demū pariter et pepercit et respondit dñs, ut Christum suū liberatōrē, et æternæ salutis authorē uigilātibus opportune promitteret aurib⁹: quos dā etiā tēporales interim dādo saluatores, q̄ saluaret eos in typū uenturi eius quē erat missurus.

exempli

Carnales & spūales auditores.

Frumentū & uinū, oleūq; duplex.

Iohan. jz.

Lucę. ja.

Doctoz iustitię. Christus.

COMMENTA RVPER ABBA LIB I

Saluatores q
dā tēporales.

Exo. 9.
Ro. 9.

Deut. 6.

Deu. 18.

Dani. 9.

Princeps opp
probriū n̄ di
abolus est.
Esa. 14.

Ioh. 12.
Danie. 4
Hester. 7
J. Macha. 6

Nabuchod
onfor.

Mare offens
tale.

Mare nouiss
simum.

Exempli gratia. Quando in Aegypto seruebāt filij Iſrahel dijs alienis, immemores dei patris sui, Zelatus est excitando Pharaonē, ut esset rex qui ignorabat Ioseph, & qui opprobri meret eos operibus duris, sicut ipse testatur cū dicit. Idcirco aut posui te, ut ostendā in te fortitudinē meā, & narretur nomen meū in omni terra. Ita zelante dño excitati sunt, ingemiscientes em̄ propter opera uociferati sunt, ascenditq; clamor eorū ad dñm & audiuit gemitū eorū: & respondit eis uidelicet per Moſen, secundū hęc ipsa uerba prophetæ huius dicentis, & respondit dñs & dixit populo suo. Ecce ego mittā uobis frumentū & uinū & oleum, uerbi gratia, dicendo. Audi Iſrahel p̄cepta mea, & in corde tuo quasi in libro scribe, & dabo tibi terrā fluentē lac & mel. Et manifestius promisit eis istū doctorē iustitiæ, dicente Moſe. Prophetā de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, &c. quemadmodū ad ipsum Moſen dñs ipse dixerat. Prophetā suscitabo eis de medio fratru suorū: similē tui, & ponā uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia q̄ p̄cepero illi. Qui aut uerba eius, quæ loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existā. Item quādo zelatus est dñs, & tradidit eos in manus regis Babylonis, eodē zelo excitati, clamauerūt ad dñm, maximeq; Daniel cū socijs suis, & respondit ei dñs, multa & manifesta de hoc eodē doctore iustitiæ, maximeq; illud quod taliter narrat ipse. Adhuc me loquente in oratione, ecce Gabriel cito uolans tetigit me in tempore sacrificij uespertini, & docuit me, et locutus est mihi, dixitq;. Daniel nūc egressus sum ut docerē te, & subinde septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populū tuū, & super urbē sanctā tuā, ut cōsummetur pr̄uaricatio, & finē accipiat peccatū, & deleatur iniquitas & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & propheta & ungatur sanctus sancto rū. Paucisq; interiectis. Et post hebdomadas (inquit) sexagintaduas occidetur Chr̄s, et nō erit eius populus q̄ eū negaturus est. Nō multis opus est exēplis, sed hoc indubitanter notandū, quia quotiens siue ante siue post aduentū suū zelatus est dñs terrā siue ecclesiā suam, zelando excitauit electos suos ad inuocationis suæ maiore instantiā, & in ipsa iræ misericordiat̄ recordatus: sic respondit eis, & taliter egit cū eis, ut nō uacaret dicere in populis, ubi est deus eorū. ¶ Replebimini ergo (inquit) & non dabo uos ultra opprobriū in gentibus. Cum hęc dicit, subintelligendū est, quinimō cessare faciā principē opprobrii uestri. Sequitur em̄ Et eū qui ab aquilone est repellā à uobis. Etenim quis ab aquilone est, nisi diabolus princeps opprobrii: qui dixit in corde suo, sedebō in monte testamenti in lateribus aquilonis: Et qui dē regnō: supradictorū princeps Nabuchodonosor rex Babylōis: Aman de stirpe Agag q̄ uniuersum Iudæorū genus delere uoluit: Antiochus Epyphanes: & Nero Romani macula imperij, suo quicq; tēpore princeps fuisse opprobrii, quē utiq; tunc deus cessare fecit, q̄ per passionē Iesu Christi filij sui, doctoris iustitiæ: cuius clara hic cōmemoratio fit, foras misit, dicente illo. Nunc iudiciū est mundi, nūc princeps huius mundi eiicietur foras. In typū eius & Nabuchodonosor de regno suo eiectus, foenū ut bos comedit, & Aman in partibus lo quod Mardocheo parauerat suspensus, et Antiochus sine manu contritus est: qui ita ab aquilone fuerūt, ut aquilonis, id est, diaboli typū in semetipsis exprimerēt manifestū. Cum ergo dicit, et eū qui ab aquilone est, procul faciā à uobis, subintelligendū est, quē admodum illos similitudinis eius, baiulos suo quēq; in tēpore procul feci. Istus aquilonaris, id est, p̄fida & frigida malitia cōgelati, diaboli, maxime Babylonius Nabuchodonosor, typū gessit pro eo quia loco quoq; aquilonaris extitit, id est, secundū sitū terræ Iudææ uenit à parte aquilonari. Porro, q̄ cū dixisset, et expellā eū in terrā inuiam et desertā, continuo subiunxit, faciē eius cōtra mare orientale, et extremū eius ad mare nouissimū, secundū literalē sensum nō ualet intelligi de ullo ex sæpe dictis quatuor regnis. Nusq; em̄ sacræ referunt literæ, q̄ Iudææ siue Iſrahelis hostes ita dñs repulerit, ut exercitū illorū inter duo maria concluderet quoq; alterū orientale siue primū (ut in alia translatione scriptū est) mare illud dicitur quod iuxta solitudinē est et uergit ad orientē, in quo fuit quondā Sodoma et Gomorra, Adama et Seboim: quod nunc mortuū nominatur, eo q̄ nulla ibi uiuant animātia. Nouissimum autē illud quod ad occidentem est, & quod iuducit in Aegyptū, in cuius litore Gaza et Ascalon, Azotusq; et Ioppe, et Casarea, et cæteræ urbes maritimæ sitæ sunt. Inter hæc maria (sicut iā dictū est) hostes Iſrahel dño repellente cōclusos fuisse nulla scriptura refert. Quod si aliquando factū fuisset, delectabiliter (ut in cæteris uel in plerisq; scripturarū locis fieri solet) sup

IN IOHELEM PROPHE CA II Fo. LXVII

let super litera uel historiae fundamentum allegorici sensus aedificium collocandum esset. Nunc ergo spiritualiter dicta, & spiritualiter intelligenda uel exponenda sunt, scilicet non de corporali occisione uel cruore inimicorum, sed tantummodo de spirituali captiuitate nudati inimicorum capitis, id est, diaboli, quem dominus Iesus expulit, & misit foras in terram inuiam & desertam, ut in illis tantummodo commaneret uel potestatem haberet, qui fide illius, qui illum expulit, forasque misit, & euangelicæ prædicationis non reciperent gratiam, desertores & deserti, & idcirco deserti quia desertores dei. Facies (inquit) eius, subauditur, expulsi, uel foras missi, contra mare orientale, & extremum eius ad mare nouissimum. Primum siue orientale mare & mare nouissimum. Prima & secunda est regeneratio uel resurrectio mortuorum. Prima namque regeneratio gratia baptismi est, qua renascimur ex aqua & spiritu sancto. Secunda uero uel nouissima regeneratio mortuorum est corporalis resurrectio, domino assistente. In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Prima regeneratio, quæ est baptismi gratia, de patre facta Christi latere profluens, siue originem ducens, idcirco mare dicitur: quia in similitudinem maris, per quod filii Israel merse Pharaone cum curribus & equitibus transierunt omnes filios dei de morte ad uitam regeneratos, suffocato diabolo & omnibus populis eius transmittit ad salutis portum, spem beatam restituens eorum sequendi uitam, regnumque aperiens immortalitatis sine dubio percipiendum post huius uitæ temporalis exitum. Secunda regeneratio quæ est resurrectio mortuorum, idcirco mare dicitur & mare nouissimum, quia sine dubio & angelis eius & omnibus qui a sinistris erunt, mare profundum erit, imò sicut in Apocalypsi legimus stagnum ignis ardentis & sulphuris in quo iste aquilonaris, id est, diabolus (sicut ad beatum Iob dicit dominus) uidentibus cunctis precipitabitur. Igitur facies expulsi siue foras missi huius contra mare orientale siue primum, & extremum eius ad mare nouissimum. Notanda proprietates dictionum, quia facies eius non ad mare, sed contra mare primum, & extremum eius, non contra, sed ad mare nouissimum. Etenim facies eius, id est, nequissima intentio eius, non ad istud, sed contra istud mare tendit (quod salutaris baptismi gratia dicimus) oibus baptizatis in Christo Iesu insidians, ut eos iterum inueniet, & de illis quoque præsumit, sicut ad beatum Iob dicitur. Et habet fiduciam quod in fluat Jordanis in os eius. Extremum autem siue finis eius ad illud mare nouissimum, ad illud ignis ardentis stagnum sulphureum, subaudiis per iudicium adducetur, & in illud sicut iam dictum est uidentibus cunctis precipitabitur. Et ascendet (inquit) fetor eius: quia superbe egit. Quo ascendet uel quomodo ascendet fetor eius & putredo eius? Nimirum ad uisum siue notitiam sanctorum uel electorum omnium sicut in Esaia tam de ipso quam de cunctis sequacibus eius angelis & hominibus scriptum est. Et egredientur, subauditur, sancti & electi, & uidentur bunt cadauera uiciorum qui præuicari sunt in me, & uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque ad satietatem uisionis omni carni. Hoc idcirco quia superbe egit, id est, quia contra creatorem sese timidus erexit. De utroque, id est, & de culpa superbie eius, & de pena fetoris uel putredinis eius. Item per Esaia contra istum sub nomine regis Babylonis dicitur. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum. Subter te sternetur tineæ, & operimentum tuum erunt uermes. Quomodo excidisti de caelo Lucifer qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui uulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo In caelum conscendam supra astra dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo & cetera. Et recte cadaver eius propter superbiam concidisse & fetore, imò ipse cadaver & putredo esse dicitur. Vitam namque id est, deum, perdidit, & mortuus per malitiam, licet uiuat per essentiam. Sicut enim corpus ab anima relictum mortuum est, sic rationalis creatura à deo separata ueraciter mortua est. Unde quia cadaverum reparatoria sepulchra dicuntur: ipse autem diabolus deo (ut iam dictum est) mortuus in impiorum mentibus cubat, recte per Prophetam dicitur. Ibi Assur & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius. Quod idem est, ac si aperte dicatur: Ibi diabolus, cuius per superbiam typum gessit Assur & omnes angeli eius, & ibi lociabuntur ei cuncti reprobis qui illum secuti sunt, dicente iudice, his qui à sinistris eius erunt. Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Magna sunt hæc, & idcirco ad credendum magna nimis fide opus est. Idcirco sequit

Diabolus a Chro expulsius

Duplex regeneratio

Math. 19.

Apo. 19. Iob. 40.

Vbi supra

Esa. ult.

Esa. 34

Diabolus deo mortuus, uiuit in impiis.

Ezech. 32.

Math. 25.

M co sequit

COMMENTA RUPER ABBA LIB I

Noli timere, co sequitur & dicit: Noli timere terra, exulta & letare, quoniam magnificauit dñs ut faceret
 idē, diffidere. Quod dicit noli timere, idē est ac si dicat: noli diffidere. Timiditas namq; pro infidelitate po
 Apoc. 23. nitur, ut in Apocalypsi cū prāmississet. Qui uicerit possidebit hęc, & ero illi deus, & ille erit
 mihi filius. Continuo subiunxit: Timidis autem & incredulis & execrabilibus & homicidiis
 & fornicatoribus & ueneficis & idolātris, & omnibus mendacibus, pars illorū erit in stagno
 ignis ardentis & sulphuris. Nam quia timidi sociantur incredulis, sine dubio timiditas mala in
 telligitur & contraria fidei, quæ & hæsistatio uel dubietas recte potest dici, iuxta illud Iacob
 Iacob. 1. Apostoli. Postulet autem in fide nihil hæsistans. Qui enim hæsistat, similis est fluctui maris,
 qui à uento mouetur & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille, quod accipiat quicquid
 à deo. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus uis suis. ¶ Rursus exultatio siue læ
 Exulta. i. hilā
 titer crede
 Ioh. 8. titia pro hylaritate fidei ponitur, iuxta quod & ad Iudæos Dominus dicit: Abraham pater
 uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit & gauisus est. Nam exultauit, id est, exultauit
 ter credidit, hilarem fidem habuit. Igitur cum dicit: Noli timere terra, exulta & letare, idē
 est ac si dicat: de omnibus quæ tibi dicuntur o homo noli hæsitare, uel diffidere, noli terra eū
 Plal. 125. faceret, id est, magnificus ē qui tanta proposuit & perficere potest: iuxta quod & Psalmita
 testatur, cum dicit: Exultans & lætabundus de futuro, ac si iam factum sit: In conuertendo
 dominus captiuitatem Syon, facti sumus sicut cōsolati. Tunc repletum est gaudio os nr̄m,
 & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter gentes, magnificauit dominus facere cum
 eis. Magnificauit dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes. ¶ Sed forte adhuc sup̄
 esse uidetur quod timeant quicunq; modicæ sunt fidei, dicētes: Quid manducabimus, quā
 qd bibemus interim, dum in isto corpore sumus, antequam ad illa uenturi seculi bona per
 ueniamus: quoniam eruca & locusta, bruchus & rubigo uniuersa consumunt, & ignis co
 Animalia res
 gionis. medit speciosa deserti. Sequit ergo: Noli timere animalia regionis, quia germinauerūt spe
 ciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus, & uinea dederunt uirtutem suam.
 Ac si dicat: Pars ista, de qua uos o animalia sollicita estis, & propter hoc ipsū animalia po
 tius quā homines recte dicimini: quia uos angustat sollicitudo eiuſmodi: Pars, inquam, uia
 recuperabilis est, quia cum exusta fuerint, rurſus germinabunt speciosa deserti, iterumq;
 Mat. 6. ficus & uinea cæteraq; ligna fructum & uirtutem suam dabunt. Quærite ergo primum re
 gnum Dei & iustitiam eius, & hęc omnia adiciētur uobis. Et in hoc solummodo gaude
 te, quod regnum dei primum quæritis, & inuenire speratis, non in omnibus his quæ adijci
 untur uobis. Hoc est quod cōtinuo dicit: Et filij Syon exultate & lætamini in domino deo
 uestro, quia dedit uobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad uos imbrem matutinū
 & serotinū à principio. Ac si dicat: Animalibus dixi, ut non timeant cōsolationem hanc
 illis ostendens, quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum tan
 diu illos esse animalia iudicans, qui homines eē deberent, quā diu pro uentre suo nati
 sunt solliciti: uobis autem o filij Syon, id est, homines rationales, & spe lucrands cœlestibus
 intenti. Hoc dico, ut exultetis & lætemini, non in ficu uel uinea siue in quibuslibet germin
 bus deserti quantumcunq; speciosis, sed in domino deo uestro & hęc summa sit causa exul
 tationis & lætitiæ: quia dedit uobis doctorem iustitiæ, uidelicet Christum, quem fecit
 bis nati ex uirgine, qui iustificet & iustificari uos doceat non ex operibus legis, sed ex fide
 & huius doctrinæ gratiam descendere faciet ad uos in principio uelut imbrem matutinū
 & serotinū: In principio (in q̄) id est, primū Iudæo deinde, Græco. Filij nāq; Syon recte in
 Roma. 2
 Imber matu
 tinus & sero
 tinus. telliguntur Iudæi, primitiuę ecclesiæ filij quonq; receperunt uerbum salutis, quia prius oport
 tuit illis prædicari uerbum dei. Propterea prædicationem siue doctrinam eandem matutinū
 imbrem nuncupauit. Et quia cum plenitudo gentium subintrauerit, tunc iteꝝ prædicabitur
 illis, & reliquæ salutis fient ex eis, recte imbrem illum & matutinū dixit & serotinū. Et in
 plebuntur (ait) aræ frumento, & redundabunt torcularia uino & oleo. In arca frumentum
 Area & tor
 cular pressu
 ra sanctorū. quæritur, in torcularibus uero uinū ab acino, & oleū ab amurca premendo separatur. Signi
 ficat aut utruq; scilicet arca & torcular, pressuras siue tribulationes sanctorū: quas exemp
 iam dicti doctoris iustitiæ Christi, ppter prædicationem doctrinæ eius, sustinere habebant.
 Implebuntur igitur (ait) aræ frumento, & redundabunt torcularia uino & oleo, id ē, quā
 magis

magis tribulati fuerint, quanto grauiores pressuras sustinuerint, tanto maiorem uerbi abundantiam, & copiosorem spiritus sancti gratiam desuper accipient atque effundent, à prædicatione non cessando. ¶ Et reddam uobis annos, quos comedit locusta, bruchus & rubigo & eruca, fortitudo mea magna quam misi in uos. Hæc iuxta litteram: quia à domino repromissa sunt, ita creduntur accidisse, ut sterilitas præterita nouis frugibus compensaretur, & quicquid locusta, bruchus, rubigo & eruca consumpserant, annis sequentibus impleretur. Sed ut de regnis quatuor sæpe dictis, quæ sub nominibus istis figurantur, ista redditiō intelligatur, difficile aut etiam impossibile est. Quomodo enim illis qui in Babylonia captiuitate, uel sub cætorum iugo regnorū uita excefferunt, redditiō tēporalis fieri potuit annorū, id est, messiuū uel fructuum annualium, quos ignis uel manus hostilis eisdem uiuētibus abstulit? Spiritualem ergo & æternam redditiōnem oportet intelligamus, quæ in aduentu saluatoris, qui hic doctor iustitiæ dicitur, reddita est omnibus qui expectantes regnum dei, sub eisdem regnis iniuste fuerant oppressi. Omnes enim illos in passione sua saluator liberauit, descendens ad inferos, & educens eos in illas æternas delicias paradysi. Ibi Daniel & focij eius, cæteri que temporis illius electi, quibus Babylonia captiuitas annos suos abstulit; Ibi Hester & cæteri quos Persici uel medici regni superbia nequaquam à cultu dei separare potuit; Ibi Machabæi, quos auertere non potuit Antiochus opprobrium regni Macedonici; Ibi Apostoli & martyres sancti, quos Romani imperij bestialis saeuitia uincere non potuit. Reddam igitur uobis annos, ait, quos comedit locusta, bruchus, rubigo, & eruca, id est, consolabor uos super omnibus malis quæ cuncti intulerunt uobis regna illa regno dei contraria. ¶ Interea ualde notandum est, quod regna illa tam fortia, tamque potentissima, tam mirabiliter & magnificat & deprimuntur & minimis uermiculis, locustæ, bruchus, eruca, & rubigini cōparet, & tamē fortitudinem suam nuncupet dicendo: fortitudo mea magna quā misi in uos. Nec uero istud adeo mirum uidebitur, si ut longe superius perstrinximus ita distinguamus, ut æternæ maiestati comparata hæc regna mundi, quantumuis fortia nequaquam dubitemus nimis esse exilia. Humana aut infirmitatis respectu, quoties uanitatem hominū flagellari oportet, sufficere manu dei locustas paruissimas; & flagella esse fortissima non minus quam regna ipsa, quæ hic significatur per illas. Nonne potentia dei contra superbiam Aegyptiorum plagis ostensa est per muscas & locustas, & præcipue per scyniphes, qui tam parui sunt culices ut uix cernant oculis; Nonne multitudo talium tanta fuit fortitudo dei, ut non posset resistere exercitus Pharaonis? Si ergo locustæ ipsæ tantæ potuere esse fortitudinis quid mirū regna, quæ per istas significatur, dici fortitudinē dei? ¶ Porro aliter uel alia dicitur, & est fortitudo dei Christus, uirtus & sapientia dei. Quod male intelligentes, imò prauè intelligere laborantes hæretici Ariani, cum in Nicena synodo requirerentur ab episcopis catholicis (ut ecclesiastica narrat historia) si dicerent filium dei non esse creaturam, sed dei uirtutem & dei sapientiam secundum uerba Apostoli, innuebant alterutris dicentes: quia hæc etiam ueniunt ad nos; nam eruca & locusta dicitur uirtus dei magna. Sed nos eorum mentem corruptam detestantes, locustam quidem & cætera huiusmodi, quibus maxime Aegyptus attrita fuit, magnam dei fortitudinem esse fatemur; magnam, inquam, & ualentem usque ad euincendam superbiam Pharaonis duntaxat carnei; Christum autem dei uirtutem siue fortitudinem solam sufficientem ad destruendam tyrannidem Pharaonis spiritualis, Pharaonis, id est, diaboli. Non enim locusta siue eruca, sed sola hæc uirtus dei, Christus, illum foras mittere potuit. ¶ Illud quoque notandū, quod cum dixisset: fortitudo mea magna, addidit, quam misi in uos. Veraciter namque & regna iam dicta & ceteros hostes misit in eos & uenire permisit dominus in populum suū, propter multas præceptorū suorū transgressiones; sed nihilominus uix illis, quos propter eiusmodi causas contra electos suos ad tempus præualere permisit, sicut exempli gratia, testatur ipse quodam loco cum de uno talium dicit. Væ Assur: Virga furoris mei & baculus ipse in manu eius indignatio mea. Tali modo ut iam dictū est redditis annis, quos locusta & bruchus & rubigo & eruca comederūt: comedetis, ait, uescetis & saturabimini, & laudabitis nomen dñi dei uestri, qui fecit uobiscū mirabilia, & non confundetur populus meus in æternum. Manifeste hic æternæ gloriæ promittitur saturitas, de qua & Dauid, Satiabor, inquit, cum apparuerit gloria tua. Edent pauperes & saturabunt, & laudabunt dñm qui requirunt eū, ui-

Reddam uos
bis annos,

Regna mundi
& fortia & ex
ilia

Exo. 8. & 9.

Aliter Christus
est fortitudo
dei quæ bruchus
aut locusta,
1. Corin. 1.

Esa. 10.

Psal 136
Psal. 21

COMMENTA RUPER ABBA LIB I

uent corda eoz in seculum seculi. Vbi enim alias est uel ee pot saturitas electoz dei quibus dicit, & comedetis uescetes & saturabimini, nisi in delicijs paradysi? Ibi nanq; ex quo patet inimicitiaz. Christus per passionem suam soluit, saturabunt beati, pfruentes uisione dei & ibi laudant nomen domini, nam cibus ipsoz est ipsa laus dei, qui iplos mirabiliter reformauit, & non cofundent in aeternu: quia liberati a confusione peccati, & aeterna gloria glorificati sunt. Et scietis (inquit) quia in medio Israhel ego sum, & ego dominus deus ueter, & no e amplius, & no cofundetur ppls meus in aeternu. Videlicet qd hic sciebatis ex pte & uidebatis per speculu & in aenigmate, ambulates p fide: tunc scietis & uidebitis facie ad faciem, ambulantes per speciem. ¶ Delectabile nimiq; sanctis patribus, & caeteris gēti illius electis fuit & est, scire hoc quomodo dominus deus esset in medio eoz. Quomodo em est in medio eoz, uel quid est esse in medio eoz? Profecto in medio eoz esse, est in ueritate naturae humanae carne de carne illorū assumpsisse. Hoc scire & uidere, quia hic est dominus deus ipsoz, et no est amplius, neq; em extra illū est deus, cū pater & filius non duo sunt deus sed filius in patre deus unus. Hoc inq; scire & uidere, deū filiū, deo patri aequalē secundū diuinitatem, sibi confimilem secundū ueram humanitatem, ineffabilis felicitatis & gloriae est. Idcirco quod paulo ante dixerat, repetiuit, & non confundet populus meus in aeternu. Repeticio naq; cofirmatio est. Non confundet, imo gloriosus erit, magnificus & honorificatus erit ppls cui pmissus & ex cuius carne natus est talis filius, gloriosusq; erit eis illud Apostoli, nusquā em angelos apprehēdit, sed semen Abrahamē apprehendit, & gloria haec aeterna erit. Remota omni confusione, quae per peccatū Adā humano generi accessit. Gloria haec dicta sunt haecenus filijs Syon, quos in aduentu suo iste doctor iusticiae Christus acquisiuit, & per passionē suā eduxit de tenebris, secundū fidem patrū qui illum expectauerunt sicut testatur paulus apłs, defuncti omnes nō acceptis promissionib⁹, descendens qui ppe ad inferos, & resurgens ex mortuis, omnes introduxit in ueram terrā repromissionis. Contra autē quia post expletā suā glorificationis dispensationē, maiorē atq; abundantiorē gratiā uel spiritus sancti dedit effusionem, scilicet non uni genti, ut prius, sed uniuersis gentibus secundū ueritatem repromissionis, qua Abraham dictū est, atq; in semine tuo benedicentur omnes gētes. Sequit ergo: **L** Et erit post hęc effundam spiritum meum super oēm carnem, & prophetauerunt filij uestri, & filiae uestrae. Senes uestri somnia somniabunt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt. Sed & super seruos & ancillas meas in diebus illis, effundam spiritum meum. Quod em dicit, super omnē carnē, nullam finit fieri gentis uel personae exceptionē. Priusq; glorificatus esset Iesus, super filios tantū Syon effudit spiritū suū, & de illa solūmodo gente prophetae & sapientes erant: Postq; autē glorificatus est resurgendo, & in caelum ascendendo, cū tanto fructu seculoz praeteritoz, nullam fecit Iudaeoz & Gentiliū distinctionē, sed omibus cōmuniter euangelizari uoluit peccatoz remissionē. Hoc est quod nunc dicit: Et erit post hęc, effundam spiritū meū super oēm carnem. ¶ Veruntamen hoc loco meminisse libet, qd Apostolus cū dixisset, Gloria autē & honor & pax omni operanti bonū, confestim ita subordinauit, ut diceret. Iudaeo primū & Graeco, uidelicet Iudaeo credenti uel bonū operanti, gloriae honoris & pacis gradū concedens primū utpote cuius est adoptio filioz & gloria & testamentū & legislatio & obsequiū & pmissio. Graeco autē, id est, gentili, gradū fere secundū, quia nulla distinctio fit in largitate remissionis peccatoz. Hanc subordinationē & hic propheta uidetur innuere, cū praemisit, Effundam spiritū meū super omnē carnē, protinus ita subiungit. Et prophetauerunt filij uestri & filiae uestrae, senes uestri somnia somniabunt, & iuuenes uestri uisiones uidebunt, sed & super seruos & ancillas meas in diebus illis, effundā spiritū meum. Loquebatur nanq; filijs Syon quoz utiq; filij Apostoli erant, & filiae mater domini nostri Iesu Christi & caeterae mulieres eodē tpe cōmanentes & orantes cū eisdē Apostolis, sicut Lucas meminit. Hi omnes (inquit) erant pseuerantes unanimes in oratōe cū mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Isti filij & filiae filioz Syon, accepto spiritu sancto prophetauerunt, id est, de caelestibus mysterijs uarijs linguis locuti sunt, & isti senes, quales erat inter eos prior Petrus, uel deinde Paulus, somnia somniauerūt, & iuuenes, qualis erat Iohannes, uisiones uiderunt. ¶ Nec uero cō-

Eph. 2

1. Cori. 13

Deus in meo diocorum

Gloria patrū ex carne Christi

Heb. 2

Hebr. 11

Gene. 22

Iudaeo primū & Graeco

Rom. 2

Rom. 9

Actu. 1

tentus ero hanc filijs uestris dedisse gratiam, sed & super seruos meos (inquit) quacūq; ex gēte sint, effundā spiritū meū. Laxior nimis hęc appellatio est seruoꝝ atq; ancillaꝝ dei q̄ filioꝝ rum Syon. Filij nāq; Syon unius, id est Iudaicæ sunt gētis: serui autē & ancillaꝝ dei oim gen tium sunt electi: qui etiā non tm̄ serui, sed filij quoq; appellant dei, quēadmodū Iohannes cū dixisset: quia Iesus moriturus erat, p̄ gēte, subiūxit atq; ait. Et nō tm̄ p̄ gēte, sed ut filios dei, q̄ erāt dispersi, cōgregaret in unum. Profecto causa ista effusiois spiritus sancti dignior & locu pletior est, q̄ sint serui & ancillaꝝ dei, q̄ illa q̄ sint filij Syon, id est, Iudæi. Nō em̄ Iudæo tan tum sed oimibus seruis & ancillis suis bonus dñs gratiā debet: primū tñ (ut iam dictū est) Iu dæo, deinde Græco. ¶ Notandū præterea, q̄ cū dixisset, sed & super seruos, & ancillas me as, effundā spiritū meū, nō addidit, & prophetabūt: neq; ait, senes eoꝝ somnia somniabūt, & iuuenes eoꝝ uisiones uidebūt, sicut dixerat de filijs filioꝝ Syon. Sciendū quippe, quia licet multi de ecclesia gētū, p̄phetiē spiritū habuerint, & somnia memorabilia somniauerint, & uisiones memoria dignas uiderint: soli tñ filij Syon & filij filio. s. p̄phetę priores, & Ap̄l̄i suc cedētes, soli (inquā) hi sunt, quoꝝ prophetiæ & somnia seu uisiones canonicæ authoritatē te nent apicē summū, tāq; probatæ ueritatis atq; certitudinis sunt, q̄ lex & euangeliū. Recte igit̄ sic dictū est, sed & sup̄ seruos & ancillas meas in diebus illis, effundā spiritū meū, & non additū est, & prophetabūt siue somniabūt aut uisiones uidebūt: quia uidelicet cū sanctis do ctoribus & oimibus, qui in ecclesia Christi post p̄phetas & Apostolos sanctū intelligentiæ spiritū accipere meruerūt, satis bene actū est, q̄ somnia seu uisiones p̄pheticas atq; apostoli cas, sciētē & fideliter interpretari siue explanare potuerūt. ¶ Effusionis huius rem simul & signū in die Pentecostes, q̄ super discipulos Christi spūs sanctus descēdit, cōtigisse dubium nō est. Rem uidelicet: quia tūc Apostolis, q̄ erant filij filioꝝ Syon (sicut iam dictū est) quicūq; eatenus hoies erāt sine Iſris & idiotæ, p̄phetica imō plus q̄, p̄phetica gratia data est, & extūc somnia somniare (de qualibus nōnulla in Actibus Ap̄loꝝ legimus) & uisiones uidere cœ perūt, quales maxime in Apocalypsi Iohānis admiramur. Signū autē in eo fuit, qd̄ oim gen tiū loquebātur linguis. Per hoc nāq; significabatur, q̄ sup̄ oēm carnē, siue super seruos & su per ancillas dñi in oimī gēte & natione oporteret eandem spiritus sancti effusionem deriuari. Quod iam tunc sciēs Ap̄lus Petrus, dixit: Viri Iudæi & qui habitatis Hierusalem uniuersi. Hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Nō enim, sicut uos æstimatis, hi ebrii sunt, cū sit hora diei tertia, sed hoc est qd̄ dictū est per Prophetā Iohel. Et erit in nouissimis diebus dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem et cætera. Sequitur: **Et dabo prodigia in cælo & in terra, sanguinē & ignē & uaporem fumi. Sol con uertetur in tenebras, & luna in sanguinem, anteq̄ ueniat dies domini magnus et horribilis.** ¶ Quod hic de solis uidetur dixisse prodigijs. s. danda fore illa in cælo & in ter ra, anteq̄ ueniat dies dñi magnus & horribilis, qui est dies uniuersalis iudicij: de cæteris quo q; omnibus, quæ hæctenus hic idem Propheta prædixit, sentiendū pariterq; subaudiendū ē. Nam & eruca & locusta & bruchus & rubigo. s. quatuor regna erāt uentura: & deinde effu sio spiritus sancti, & hæc iam uenerūt anteq̄ ueniat ille dies magnus & horribilis. Vnde sicut iam superius dictū est, & illi quibus Petrus Ap̄lus p̄sens prophetę huius appo sinit testimoni um, & quicūq; extūc usq; ad nos audierūt, & extūc audiri sunt, nimis magnū esse illum & horribilem diem dñi, certi esse debēt, imō dubitare nō sinūtur, quin ita sit quia ueniet: quia iā tanta pars eorum completa est quæ uno eodemq; ore iste Propheta locutus est. Deniq; ma gnum super hac re certamen est deo & uerbo eius Iesu Christo, qui est testis fidelis: magnū (inquam) & acre certamen in exigendo ut credatur sibi quia ueniet talis & tantus ille dies tre mendi iudicij, post quem iam nullum p̄nitentiæ tempus erit, iuxta quod & in Apocaly p̄si Iohānis dicit: Et angelus quem uidi stantem supra mare & supra terram, leuauit manum suam in cælum, & iurauit per uiuentem in secula seculorum: quia tempus amplius non erit, sed, in diebus uocis septimi angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysteriū dei. Super hac re concertans, ut scilicet credatur sibi: quia reuera grande nimis negocium est, & nimium expedit hoc scire miseris, ut tantam iram effugere possint, nunc dicit. **Et dabo pro digia in cælo & in terra sanguinem & ignem & uaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras & luna in sanguinem, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis.** Ac si dicat:

Serui dei etiā filij dei uocantur. Ioh. 17.

Libri canoni ci solum ex fi liis Syon, nō ex gentilibus

Actu. 2.

De die domi ni magno du bitadum nō est.

Apoc. 7.

Apoca. 10.

COMMENTARIVS PER ABBATIA LIB. I.

Non credent homines, curam esse deo de actibus suis, & quod statutus sit ad iudicandum de illis dies ille magnus & horribilis; non (inquam) credent, non audient, non animaduertent, nisi magna & multa uiderint prodigia fieri. Effundam igitur spiritum meum (sicut iam dixi) & per uirtutem eius dabo prodigia in caelo et in terra, & quod praedictio iudicij confirmetur ubiq; sequentibus signis. Dabo sanguinem, dabo ignem, subauditur in testimonio uerantia commoti, cum tot milia testium usq; ad sanguinem perseverare uiderint, & igne charitatis dei nullis persecutionum aquis, nullis fluminibus quamuis multa sint, posse in illis extingui: ut credant eorum testimonio aut inexcusabiles sint. Dabo & uaporem fumi, similitudinem sumus lachrymas excitare solet compunctionem penitentium licet intelligi. Etenim utraque haec uim prodigiorum obtinent, & euidenter astipulantur, futurum esse iudicium. Haec prodigia dantur in terra. Quae uero sequuntur: Sol conuertetur in tenebras: & luna in sanguinem: prodigia sunt quae dantur in caelo. His quoq; uersiculis nos reminisci facit eorum quae dominus dixit Et erunt (inquiens) signa in sole & luna & stellis & caetera, usque ad id, & tunc uidebunt filium hominis uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. Idem namq; est quod hic nunc dicitur: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam ueniat dies domini magnus et horribilis. Iam quemadmodum illic dicitur, & tunc uidebunt uenientem filium hominis, ita & hic eodem modo dici poterat, & tunc ueniet dies domini magnus & horribilis. Quicumque prodigijs talibus excitati poenitentiam egerint siue conuersi fuerint, salui erunt. Nam & ipsa prodigia (sicut iam dictum est) idcirco fiunt, ut conuertantur & salui sint. Hoc est quod sequitur. **Et erit, omnis quicumque inuocauerit nomen domini, saluus erit.** Cum dicit omnis, subaudiendum est, absque distinctione Iudaei & Graeci. Etenim Apostolus cum hoc intenderet ac diceret, non est eius distinctio Iudaei & Graeci: nam idem dominus omnium diues in oes, qui inuocauerit illum, testimonio praesenti usus est: omnis enim (inquiens) quicumq; inuocauerit nomen domini, saluus erit. Eandem distinctionem Iudaei & Graeci iste quoq; aufert pariterq; confirmat, qd recte uniuersaliter dixerit: omnis, uno eodemq; uersiculo, quem protinus subiungit. **Quia in monte Syon & in Hierusalem erit saluatio sicut dixit dominus & in residuis quos dominus uocauerit.** Nam in monte Syon & in Hierusalem id est in Iudaeis, & residuis, id est, in Graecis, saluatio erit quoscuq; inuenerit dominus, id est, uocante gratia praerogauerit, ut inuocent nomen domini. Interea sciendum est, certum esse ordinem siue tenorem inuocationis nominis domini, ut scilicet ad hoc inuocetur primu ut largiatur spiritum cogitandi & agendi quae recta sunt: deinde ut in illo die suo magno & horribili non intret deus cum homine in iudicium, sed superexaltet misericordia iudicium. ¶ Subtiliter atq; fideliter adhuc intuentum est, quomodo cu dixisset, & erit omnis quicumq; inuocauerit nomen domini saluus erit: quia in monte Syon & in Hierusalem erit saluatio sicut dixit dominus, & in residuis, ita clausit ut diceret, quos dominus uocauerit. Nempe hoc ipsum, quod inuocatur nomen domini, non inuocantibus sed gratie uocantis (ut dignum est) attribuit. Quod Apostolus confirmans, cum hoc ex exemplo usus fuisset: ois enim quicumq; inuocauerit nomen domini saluus erit, pulchram nimis gradationem continuo fecit. Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo odo aut audiet sine praedicatione? quomodo uero praedicabunt nisi mittatur? Sic nimirum ascendendo, usq; ad deum recurrit, comprobans totum esse ascribendum gratie uocantis qd inuocat nomen dñi: quia uidebitur cet nisi ille misisset, non uenissent neq; praedicassent, si non praedicaret non audiret, si non audiret non crederet: si non crederet, non inuocaret. ¶ Vbi porro dixit hoc dñs, qd in monte Syon siue in Hierusalem, & in residuis, i. in Iudaeis & in Graecis a dño uocandis deberet esse saluatio: Nimirum in praesentia sua, in praedestinatione sua, ante tpa secularia. Et enim quos in tpe uocauit eos an oia tpa praesciuit & praedestinauit, ut idē Apłs ait, cōformes fieri imaginis filij sui. ¶ Nūc superest causam reddere, unde uel in quo ille dies domini magnus sit & horribilis. Sequitur ergo.

Dabo sanguinem & ignem.

Dabo uaporem fumi.

Luc. 21.

Rom. 10.

Ad quid inuocandus est deus?
Psal. 142.
Salus ex gratia uocatis & misericordis dei.

Rom. 10.

Praedestinatio dei.

Roma. 8.

CAP. III.

Quia ecce in diebus illis & in tempore illo, cum conuertero captiuitate Iudaei & Hierusalem, congregabo omnes gentes, & educā illas in uallem Josaphat, & discipulabo